



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 43. Hæc caussa Cameræ Imperialis iudicio decisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

rialis mandatum de non gravando alienos
subditos onere insolito, nec non man-
datum de non turbando in possessione vel
quasi juris lignandi, ac denique man-
datum de facienda repartitione Circu-
larium & onerum Provincialium, secun-
dum proportionem debitam, concurrentibus
Deputatis Conventus Vadegotiani cum ci-
tatione, ut constet, reperiri collectas ab
Anno 1703. immodice solutas, atque exi-
gerentur rationes de omnibus Provinciali-
bus oneribus similiter præstitis cum resu-
sione residui.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1727.

§. XLIII.

Hæc causa Cameræ Imperialis judi-
cio decisa.

Adversus hæc mandata Comitum Con-
 siliarum, nescio quas opponebant
 querelas, quibus tamen insuper habitis
 Camera Imperialis die decima septima
 Julii hanc pronuntiavit sententiam. I.
 Fundationis literæ, & alia documenta,
 quibus Abbatis, Prioris & Monasterii
 Vadegotiani jura innituntur, pro legi-
 timis habenda sunt, cum olim in actis
 Vadegotianis contra Veldentium Anno 1551.
 in rotulo Commissionis originaliter coram
 Imperiali Judicio fuissent exhibita, ibi-
 demque adhuc eorum transumpta
 afferrentur. II. Comitum Cancellaria-
 rius,

Sæc. XVIII. rius, ceterique Ministri juramentum
 A. C. 1727. ipsis, die 11. Octobr. 1726. Cæsareo
 mandato impositum præstare teneantur, si id Abbas nomine sui Monasterii postulaverit. III. Idem Abbas ac Conventus Comitem non modo tanquam Fundatorem, & Protectorem, sed etiam ceu suum Dominum territorialem agnoscat, ac quivis Neo-electus Abbas suo & sui Monasterii nomine Comiti ejusque Successoribus fidem suam scriptotenus obstringat, vicissim vero Comes vi Pacis Westphalicæ Art. V. §. omnia quoque 26. vers. Quod si quoque in possessione jam Anno 1624. habita juris protectorii relinquatur, ita tamen, ut ad ampliora se non extendat, quam ut Abbas post sui electionem Comitis Deputatum (extra scrutinium tamen) admittere teneatur, eo fine, ut is electum confirmet seu ut vocant, *Placetum* impertiatur. IV. Comiti etiam competat, ut, si forte Monasterium aliqua bona immobilia in Comitatu sita alienaret, hanc alienationem confirmare, & si in hac alienatione notabilis defectus intervenerit, cognoscere valeat, ita tamen, ut Instituto Ordinis inde præjudicium non inferatur. V. Comes Monasterii computus, prout hæctenus factum, per suos Deputatos inspicere & subscribere possit.

possit. VI. In rebus mere realibus Sæc. XVIII.
 contra Abbatem & Conventum dun- A. C. 1727.
 taxat circa eorum bona temporalia
 juxta juris præscriptum sententiam
 ferre, appellationes a Monasterii Cu-
 ria admittere, Abbatialium pagorum
 limites contra vicinos, si opus fuerit,
 consentiente vel postulante Monasterio,
 defendere queat. VII. Comes fami-
 liæ suæ insignia in Ecclesia erigere,
 universalia statuta etiam in Monaste-
 rium (salva ejus immunitate) ejusque
 subditos extendere, & onera ac tri-
 buta ad Imperii Circulum pendi solita
 indicere valeat, juxta tenorem *Man-*
dati de facienda repartitione Collectarum,
& mandati de non prægravando &c.
 VIII. Vicissim Comes Monasterium in
 casu necessitatis conservare & defen-
 dere, & in casu eligendi novi Abbatis
 Conventui liberam electionem, quin
 sese rebus Ecclesiasticis ingerat, relin-
 quere teneatur, & Conventui inte-
 grum sit, exterum Abbatem ad mo-
 derandam electionem pro suo arbitrio
 nominare, Electo autem, nisi in ejus
 vita & moribus quid notorie perversum
 occurrat, confirmationem seu
placetum denegare, Comes nequeat.
 IX. Nec idem quoque Comes visita-
 tiones Ecclesiasticas, ex Ordinis Insti-
 tuto solitas, Novitiorum susceptionem,

Sæc. XVIII. aut officiorum distributionem præpe-
 A. C. 1727. dire ullo pacto possit. X. Comes præ-
 ter prædictam fidei præstationem ab
 Abbate ejusque subditis homagium,
 aut a Vadegotianis, Busheimensibus,
 & Enzheimensibus (excepta communi
 gravique necessitate, & tunc non ali-
 ter, quam consentiente Abbate, &
 juxta æquam proportionem & repartitionem) opera servilia exigere nequeat.
 XI. Cuncta vero, quæ hic stabilitas
 adversantur, & præcipue homagium
 a subditis vi extortum, necnon du-
 rante hac lite & Anno 1715. per car-
 ceris poenas extortæ promissiones seu
 reversales omnino irritæ ac nullæ sint,
 & mulctæ *via executionis* obtentæ resti-
 tuantur. XII. Si vero alterutra liti-
 gantium pars his pactis non steterit,
 decem auri marcarum poenæ subjaceat.

Enimvero Comes se hac sententia
 graviter læsum denuo querebatur; in
 nullo tamen adversus hoc Monasterium
 prævaluit, eo quod æquitas causæ &
 sententiæ justitia Abbati nimis aperte
 patrocinaretur.

§. XLIV.

*Hildesheimensium Lutheranorum tu-
 multus contra Catholicos.*

Hoc